

1530 e. 20. Ibris—

Petrus Tomicki Episcopus Crauoviensis  
vire Canularius Joanni et duibus Li-  
thania Episcopo Vilnensi

14

Reverendissime in Christo Pater et Domine  
Frater et amice charissime ac honorandissi-  
me! Magnopere me delectat institutum Do-  
minationi vestre Reverendissime quod mi-  
hi scribit se, in restaurandis maiestatis Re-  
giae Castris in finibus hostium positis—  
collocasse, non potest enim res haec nisi ma-  
gnum honorem Dominationis vestre, Re-  
verendissime et cum maiestati sua tum  
isti Ducatus singularem utilitatem affer-  
re; non dubito autem istam illius operam  
et officium cum industria coniunctum ut-  
trique maiestati futurum gratissimum  
in quo ego verbis exornando et commendatio-  
ne cumulando nihil opere praetermittam  
quin etiam curabo quantum in me erit  
diligenter et Dominationi vestre Reveren-  
dissime maiestatis sua gratia et mun-  
ificentia sua Regiae curam et sollicitu-  
dinem istam de Republica acceptam  
referre Dignentur. Ceterum quod ad Pro-  
sidia attinet quibus formari finis Re-  
gni et terrae Volhyniensis debent con-  
fida,





confido ego quidam ipsam maiestatem  
Regiam sponte sua illud se de re cura-  
turam fore, quod et praesens necessitas et  
cum maiestatis sua honor tam Subditi-  
rum commodum portulare videbantur  
sed tamen et ego huic rei opera ethorta-  
tione non deeram. Commendo me amoni  
et benevolentiae fraternae Dominationis ve-  
strae quam ut Dominus Deus Dñs servet  
scriptam et felicem vehementer opto. Dada  
Craucoria 20. Septembris Anno Domini  
1530.